UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesv Carmelitarvm Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

Jn duas partes distincta

Continens I. Viam Perfectionis. II. Castellum Animæ siue septem Mansiones. III. Exclamationes, vel Meditationes animæ ad Deum suum ...

Teresa <de Jesús>

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXVII.

Protestatio S. Matris De Vniverso Hoc Opere Svo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37994

Visual Library

GENERALE LIBRI TOTIVS ARGVMENTVM.

F.P. Luiſius Legionenſis.

Complectitur Liber hic monita quædam, ac documenta, ſimul & conſilia, quæ S.M.Tereſa de Ieſu filiabus ac Religioſis ſuis, in monaſterio, quod per Domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, Matris eius, opem ſub prima Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli regula fundauit, commorantibus tradidit. Potiſſimum verò monialibus Conuentus S.Ioſephi, Abulæ erecti, qui & primus fuit, & cuius ipſa Superiorem agebat, tum cum tractatum hunc anno Domini M.D.LXII. ſcriberet, cum deduat & [illegible].

PROTESTATIO S. MATRIS DE VNIVERSO HOC OPERE SVO.

IN omnibus, quæ hocce in libro ſcriptura ſum, me iudicio & cenſuræ S. Eccleſiæ ſubmitto; parata ſequi & amplecti quidquid ipſa amplectendum præſcribit; ſi quid autem huic contrarium in eo inuentum fuerit, in causa erit, quod ipſum non bene intellexerim. Atq; ideo, per amorem Domini, viros litteratos, quibus libri huius examen & cenſura demandabitur, obſecro, vt quàm poſſunt maxima accuratione illam relegant, &, ſi quem tum quoad [illegible] tum quoad alias materias, in eo errorem deprehendant, liberè corrigant. Si quid autem in eo boni reperiant, id in Dei opt. max. laudem ac gloriam, & glorioſiſſimæ Matris eius Patronæ & dominæ noſtræ, cuius ego veſtem licet indigniſſima gero, cultum & obſequium cedat velim.

P R O OE M I V M.

Moniales Conuentus huius Abulenſis à S. Ioſepho denominati.

Scriptionis huius libri occaſio.

COgnito mihi à R.P. Præſentato Dominico Bannez, ex Ordine glorioſ. D. Dominici (quo iam vtor Confeſſario,) copiam factam eſſe, aliquid de oratione ſcriptis mittendi (qua in re, quod cum multis rerum ſpiritualium gnaris, & ſanctitate [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN